

Ein ungedrucktes Diplom Heinrichs IV.

Mitgetheilt von A. Chroust.

Heinrich IV. bestätigt der Kirche von Padua die durch König Berengar erfolgte Schenkung des Saccus und die Gerichtsbarkeit in und ausserhalb der Stadt, wie Kaiser Karl (?) sie dem Bisthum verliehen hatte.

1062 Ianuar 29 — Februar 10.

* In nomine sanctę et individue trinitatis¹.

Heinricus² * divina favente clementia rex. Si loca³ divinis cultibus mancipata⁴ stabilire et confirmare iugiter insistimus, id procul dubio ad vite nostre regnique [nostri] prosperitatem⁵ perpetuo provenire non dubitamus. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, quod nos pro remedio anime carissimi genitoris nostri Heinrici⁶ imperatoris memorie felicitis atque nostre et ob interventum ac petitionem⁷ dilectissime⁸ genitricis nostre Agnetis⁹ imperatricis augustę et Vualtolfi sanctę Patauiensis ecclesie venerabilis episcopi et ob eius iuge ac fidele¹⁰ servitium Saccum provinciam cum omnibus suis pertinentiis, sicuti Berengarius¹¹ rex predicto episcopatu sanctęque Iustine in proprium dedit, et districtum infra tamen civitatem et extra, prout Carolus imperator illuc dedit, et omne quod nostri antecessores imperatores reges vel magna aut parva persona unquam illuc dederunt et confirmaverunt, hoc totum ex integro omnium remota hominum contradictione nostra regali auctoritate et potestate ad prenominationum episcopatum in perpetuum in¹² proprium damus et stabilimus¹³ ac confirmamus hac videlicet ratione, ut neque patriarcha episcopus dux [marchio comes] vicecomes vel magna aut parva persona unquam potestatem habeat¹⁴ prefatum¹⁵ episcopatum de bonis predictis disvestire¹⁶ vel inquietare aut unquam inferre ullam molestiam. Ac si ab aliquo factum¹⁷ fuerit sciat [se] centum libras auri optimi compositurum, medietatem camere nostre [et] medietatem episcopo

1) Hs. fügt noch 'amen' hinzu. 2) Hs. 'Hinricus'. 3) Hs. 'locis'.
4) Hs. 'noncupata'. 5) Hs. 'prosperitatis'. 6) Hs. 'Hinrici'. 7) Hs. 'interventu ac petitione'. 8) Hs. 'dillectissimi'. 9) In Majuskelbuchstaben, wahrscheinlich ebenso im Original. 10) Hs. 'fidele'. 11) Hs. 'Berengarius'. 12) Hs. 'et in'. 13) Hs. 'stabillimus'. 14) Hs. 'habent'. 15) Hs. 'prefactum'. 16) Hs. 'disinvestire'. 17) Hs. 'fractum'.